



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum hoc sacramentum imprimat characterem? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

huius sacramenti, ut dictum est *. Et ideo hoc sacramentum ex sua forma habet efficaciam (quantum est de se) ad sanationem corporalem.

ARTIC. III.

Vixit hoc sacramentum characterem imprimat?

122

A sacramentum characterem imprimat. Character enim est signum distinctum. Sed sicut baptizatus distinguitur a non baptizato, ita unctus a non uncto. Ergo sicut Baptismus imprimit characterem, ita & extrema unctio.

¶ 2 Præterea, In ordinis & confirmationis sacramentis est unctio, sicut & in hoc sacramento. Sed in illis imprimitur character. Ergo & in isto.

¶ 3 Præterea, In omni sacramento est aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res & sacramentum. Sed non potest aliquid assignari in hoc sacramento, quod sit res & sacramentum, nisi character. Ergo & in hoc sacramento imprimitur character.

SED contra, Nullum sacramentum imprimens characterem iteratur. Hoc autem iteratur, ut dicetur †.

q. 33. a. 1

Ergo non imprimit characterem.

¶ Præterea, Distinctio, quæ fit secundum characterem sacramentalem, est distinctio eorum, qui sunt in praesenti Ecclesia. Sed extrema unctio confertur ei qui exit de praesenti Ecclesia. Ergo in eo non imprimitur character.

RESPONDEO dicendum, * quod character non imprimitur nisi in illis sacramentis, quibus homo ad aliquid sacrum deputatur. Hoc autem sacramentum est solum in remedium, & non deputatur per ipsum homo ad aliquid sacrum agendum vel suscipiendum.

Et ideo non imprimitur in eo character.

Ad primum ergo dicendum, quod character facit distinctionem statuum, quantum ad ea quæ in Ecclesia sunt agenda: & tali distictionem homo non habet ab alijs per hoc, quod ipse est inunctus.

R. 4 Ad

Thom. 4.
d. 4. q. 1.
a. 4. q. 2.
corp. et 3.
p. q. 6.
ar. I. et 6

Ad secundum dicendum, quod unctio, que sit in ordine & confirmatione, est unctio consecrationis, qua homo deputatur ad aliquid sacrum: sed hæc unctio est unctio medicationis. Et ideo non est simile.

Ad tertium dicendum, quod in hoc sacramentum res & sacramentum non est character, sed quædam interior deuotio, que est spiritualis unctio.

Q VÆST. XXXI.

f *Contil. Trid. ses. 14 de sa- cram. ex- treme. gen etionis, c. 3.*

D Einde considerandum est de administratione huius sacramenti.
¶ Circa quod queruntur tria.
¶ Primo, vtrum laicus possit hoc sacramentum con ferre?
¶ Secundo, vtrum Diaconus?

¶ Tertio, vtrum solus Episcopus?

ARTIC. I.

123 *Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre?*
Tho. ubi supra, q. 2. a. 1. q. 1 **A** D primum sic proceditur. Videtur, quod etiam laicus possit hoc sacramentum conferre. Quia hoc sacramentum habet efficaciam ex oratione, ut Iacobus * dicit. Sed oratio laici quandoque est in Deo accepta sicut sacerdotis. Ergo potest hoc sacramentum conferre.

¶ 2 Præterea, De quibusdam patribus in Aegypto legitur, quod oleum ad infirmos transmirebant & sanabantur. Et similiter dicitur de beata Genoufa, quod oleo infirmos ungebat. Ergo hoc sacramentum potest conferri etiam à laicis.

SED contra est, quod in hoc sacramento sit remissio peccatorum. Sed laici non habent potestatem dimittendi peccata. Ergo, &c.

6. 5. non procul a prin. **RESPONDEO** dicendum, quod secundum Dioniz. Eccles. Hier. * sunt quidam exercentes actiones hiarchicas, & quidam recipientes tantum, qui sunt laici. Et ideo nullius sacramenti dispensatio laicis ex officio competit *. Sed quod baptizare possunt in